



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. 51. Aperta Protestantium vis adversus Cæsarem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](#)

tholicis. Præterea Matthias Rex Vien- Sæc. XVII.  
nam reversus, ut Protestantes placaret A C. 1609.  
quosdam Catholicos suis amovit of-  
ficiis, subrogatis in eorum locum Se-  
stariis, præcipue Trautsamio, & Bu-  
cheimio.

## §. L.

*Aperta Protestantium vis adversus  
Cæsarem.*

Verum hæc ipsa comitia suo frustra- *Slawata t. 2.*  
bantur successu; Rudolphus enim *p. 4. & seqq.*  
pro Catholica Religione obfirmatus, ad *Merc. t. 6.*  
Subscribendum inquis Protestantium *lib. 3.*  
postulatis, nullis vel precibus vel mi-  
nis adduci potuit, potius eligens cum  
imminutione suæ auctoritatis inter vitæ  
pericula versari, quam se suosque sub-  
ditos æternæ salutis periculo exponere:  
Percepta autem hac Cæsaris constantia,  
vix lingua aut calamo exprimi valet,  
quanta audacia hæretici in Bohemia  
Imperatorem ejusque Ministros exagi-  
tarint, eo usque temeritatis progressi,  
ut misso ad Cæsarem scripto die tertia  
Junii declararent, quod nondum, ut  
speraverant, concessa Religionis liber-  
tate Deo & tempori totum committe-  
rent, culpam non Cæsari, sed ejus Ec-  
clesiasticis & Ministris imputantes: de  
cetero formulam, qua sua Cæsarea

Bb 2

Maje-

**Sæc. XVII.** Majestas hanc libertatem sponderet, ei-  
A. C. 1609. dem exhibere voluerint, quod si tamen  
 sua Majestas Ordinum petitioni aquie-  
 scere noluerit, defensionis negotium su-  
 scipere, operamque dare decreverint,  
 ut militibus armisque instructi & Re-  
 gem suum & seipso Regnumque uni-  
 versum adversus exterorum hostium vim  
 defendere & tueri valeant. Ut vero  
 hasce minas suas potentum suffragio ac  
 patrocinio fulcirent, Saxonie Electo-  
 ris Oratorem, ut ipse Cæsarem ad con-  
 cedendum sectæ suæ exercitum urge-  
 ret, sollicitant, Silesiæ quoque Ordin-  
 um Legatos mox introducunt, qui  
 & sibi sectæ libertatem indulgeri peten-  
 tes Bohemis suam operam auxilium-  
 que promiserunt. Nec his contenti Bo-  
 hemi Protestantes, insuper ingentem  
 equitum, peditumque copiam conscri-  
 bunt, atque in urbem non sine Cæsari  
 contemptu inducunt.

### §. LII.

#### *Religionis libertas a Protestantibus Bohemie Statibus extorta.*

*Goldast.* Crescente indies in Bohemia Acatho-  
*Confl. Imp.* licorum temeritate ac potentia Cæ-  
*pag. 583.* far undeaque desertus, omniq[ue] ope-  
*Theatr. Eu-* ac consilio destitutus *literas* ut vocant,  
*rop. tom. I.* *ad an. 1618.* *Majestatis*, quas per apertam vim, &  
*ad an. 1618.* *Majestatis*, quas per apertam vim, &  
 crebras